Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ecclesiae praedicat. Sic et beata dei genitrix cui
candor virginitatis, ac si plantatio rosae in ieri
cho specialiter refulsit. et circumdata officio ca
ritatis splendidior emicuit. "cum circumdatur
caritatis officio. subministrat sororum claritas. ut
ei amphor. gla commendet. quae sup angelorum
choros elevata iam beatissima praedicat. Nam
angelorum quanto celsior natura. "non tamen gratia ma
ior. quia et ipsa gratuita gratia ne corruerent
sunt salvati. Verbo inquit domini celi firma
ti sunt. et spiritu oris eiusdem omnis virtus eorum. Quod si spiritu
di omnis virtus eorum constat beatam virginem
unquam superent spe sed. et totius illapsus pe
tatur novem mensibus in utero. credendum est
maiora promeruisse virtutum privilegia. et per
pisse gratiam ab angelis et collaudatam. Unde
et si mirabilis est eorum virtus et firmitas perpetu
tatis. "mirabilior tamen in maria quam obumbra
vit virtus altissimi. ut ultra omnem virtutem
sit angelicam. quod factum est in ea. et admirabile
cunctis celis sacramentum. Accepto hoc et angelis
exinde maior praestat et gratia. cum instaurant
ab eo omnia. quem venerantur. et adorant super se
ipsum regem dominum natum ex eadem virgine.
Hinc et maria cunctis tanto venerabilior
quanto gloriosior. et quanto virtute altissimi extol
litur ad sublimia. "tanto clarior resultat
in gla. Plena siquidem gratia. plena deo. plena
virtutibus. non potest non possidere plenitudinem gla
claritatis etiam. quam plenissime accepit. ut mat
ferret salvatoris. Quam viderunt omnes fi
liae sion. et beatam dixerunt. et regina lauda
verunt eam. "quam tantam eam viderunt. quan
tam nullus mortalium narrando explere
potest. "quinomagis dominus qui talem ac tantam fecit
eam. ut ipse fieret puerum. Unde dd. Et ho
natus est mihi. et ipse fundavit eam altissimo.
Beata et tanta actalis nativitas. beata et
superna civium societas. et admirabilis cari
tatis eorum unanimitas. "ubi nemo angelorum.
nemo archangelorum non dico beatae virginis ue
strum neque alicui sororum invidet gloriam. sed totum
in altero unusquisque possidet. "quod gratias pres
tat omnibus. ut de omnibus et in omnibus glorificet
deus. honoretur et adoretur ab omnibus. ubi non sex.
non etas. non dignitas genus. "sed merituum qualitas
discernit. ubi stella ab stella plurimum differt
in claritate. "quamvis omnes in suo sint ordine.
suscitandi. Quod si est alia claritas solis. et
alia claritas lunae. et alia claritas stellarum.
una tamen claritas est qua illustrantur omnes.
Id circo beata dei genitrix. quae adhuc tan
tis intra praedicatur laudibus. non immerito cre
ditur hodierna die exaltata. et clarifi
cata. quantum novit ille qui eam elegit in
sua sapientia. et disponit omnia. Quod si in domo
patris multae mansiones sunt. credimus splen
didiorem matri hodie filium praestitisse. quam
olim edificavit domum sibi in qua colupnis
septem. In qua numerum domo parantur
nuptiae ecclesiarum dei. et federantur terrenis
celestia. In eo namque utero virginis. sponso
immortali virginitas consecratur. ut sit to
tum celeste commercium. Et ideo hanc cele
brate sollemnitatem virginis festivitatem. "quae celes
tem nobis unam ostendit in terris. quam qui non
nubent neque nubentur. erunt sicut angeli
in celo. Haec mirum si angelis comparet virgi
nitas. quae angelis domino federe copulatur
nuptiarum. Et si quelibet virginitas tantum
exigitur ut angelis comparetur. multo magis
beata et gloriosa virgo quae singulari commen-